



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

352. Quòd fugitivi servi Ecclesiæ permittuntur distrahi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

bere solertiam, ut si sacerdotem seu ministrum aliquid ex collectis rebus præviderint defraudare, aut commonitionis honesta conventionne compescant, aut talia Episcopo vel iudici corrigenda denuntient. Quod si talia Episcopus agere tentat, Metropolitanus ejus hæc in sinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia egerit, Regis hæc auribus intimare non differant. Ipsi tamen heredibus in eisdem rebus non liceat quasi juris proprii potestatem præferre, non rapinam, non fraudemingere, non violentiam quamcunque præsumere. Si quis hæc monita temerare præsumpserit, & malè rapta cum confusione restituet, & excommunicationis annuę sententiam sustinebit.

De terrulis & exiguis vineis. *Ex Concilio Agathensi.*

CCCLI. Terrulas aut vineas exiguas & Ecclesię minùs utiles aut longè positas parvas Episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem. Conc. Agath. c. 45.

Quòd fugitivi servi Ecclesię permittuntur distrahi. *Ex eodem Concilio.*

CCCLII. Fugitivos etiam servos, domos suas aut familias deserentes, qui etiam si revocati fuerint, teneri non possunt, similitudine ab Episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur. Conc. Agath. c. 46. Burchard, lib: 3. c. 188.

* * *